CORPUS

SCRIPTORUM HIST

BYZANTIN

GEORGIUS SYNCE

VOLUMEN

CORPUS SCRIPTORUM HISTORIAE BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

OPERA

EIUSDEM NIEBUHRII, IMM. BEKKERI, L. SCHOPENI, G. ET L. DINDORFIORUM ALIORUMQUE PHILOLOGORUM PARATA.

6'

GEORGIUS SYNCELLUS ET NICEPHORUS CP.

VOLUMEN I.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI.

MDCCCXXIX.

GEORGIUS SYNCELLUS

ET

NICEPHORUS CP.

EX RECENSIONE

GUILIELMI DINDORFII.

VOLUMEN I.

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXXIX.

F. E. E.

CAROLO BENEDICTO HASIO

ET

IACOBO GEELIO

D.

GUILIELMUS DINDORFIUS.

PRAEFATIO
GUILIELMI DINDORFII.

Georgium ex codicibus Parisinis duobus (AB) emendavi. Eorum A (1711) idem est quem primus usurpavit Scaliger, quum Eusebii chronicorum reliquias ad Hieronymi exemplum instauraret, post Scaligerum princeps chronographei * editor Iacobus Goarus, Scaligeri obtrectator acerrimus, mediocri homo doctrina, artis criticae facultate nulla, negligentia incredibili. Scriptus est anno MXXI in membranis: vide Goari praefationem vol. II. p. 69. ed. nostrae. Excidit folium unum (p. 716, 19—723, 1).

Huic libro longissime praestat alter (1764), qui ex *Bredovii* epistolis Parisiensibus p. 154. innotuit, eratque mihi *ampliorem* etiam utilitatem allaturus, si neque in medio opere pluribus foliis esset defectus nec capite et calce truncatus. Incipit p. 95, 13. desinit p. 646, 7.

Ad postremam chronographei partem (p. 566, 11), quae res inde ab Pompeii temporibus gestas complectitur, Goarus duo alios codices attulit, Perezianum (P) et Barberinianum, de quibus ipsum vide exponentem in annotatione p. 72. ed. Paris.

* Prodiit Parisiis a. 1652., typis Venetis recusum a. 1729.

Littera G indicavi lectiones Goari: littera m coniecturas et annotationes in margine positas, quarum bona pars commemorari non potuerunt. Saepe enim Goaro accidit ut quae in codice negligenter legisset, temerariis coniecturis magis depravaret.

Addenda quaedam ad annotationem nostram volumini alteri adiunximus.

Nicephori, primum ab Scaligero editi, ab Goaro repetiti, codicem Parisinum unum (R) habui.

Scribebam Lipsiae.

ΓΕΩΡΓΙΟΥ ΣΥΓΚΕΛΛΟΥ

ΕΚΛΟΓΗ ΧΡΟΝΟΓΡΑΦΙΑΣ

ΕΚΛΟΓΗ ΧΡΟΝΟΓΡΑΦΙΑΣ

ΣΥΝΤΑΓΕΙΣΑ ΥΠΟ ΓΕΩΡΓΙΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ ΣΥΓΚΕΛΛΟΥ ΓΕΓΟΝΟΤΟΣ ΤΑΡΑΣΙΟΥ ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ ΑΠΟ ΑΔΑΜ ΜΕΧΡΙ ΔΙΟΚΛΗΤΙΑΝΟΥ.

CHRONOGRAPHIAE

AB ADAMO USQUE AD DIOCLETIANUM, AUCTORE GEORGIO MONACHO, TARASII PATRIARCHAE CONSTANTINOPOLITANI QUONDAM SYNCELLO, CONCINNE DIGESTA COLLECTIO*.

Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. ἀρχὴ πάσης χρονικῆς κινήσεως τῆς ὑπὸ χρόνον ὁρατῆς κτίσεώς ἐστιν, ἐν ᾗ ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρὰ θεοῦ πατρὸς διὰ υἱοῦ μονογενοῦς καὶ πνεύματος ἁγίου τῆς ἁγίας καὶ ζωαρχικῆς ὁμοουσίου τριάδος ἐκ μὴ ὄντων εἰς τὸ εἶναι δι' ἄμετρον ἀγαθότητα παρήχθη, ἡ ἁγία πρωτόκτιστος ἡμέρα τοῦ πρώτου μηνὸς Νισὰν λεγομένου παρ' Ἑβραίοις καὶ ταῖς θεοπνεύστοις γραφαῖς, εἰκάδι πέμπτῃ τοῦ

4. καὶ ὁμοουσίου m. 6. Νισὰν m. Νισσὰν G.

In principio fecit deus caelum et terram. Temporaneae cuiusvis mutationis visibilem creaturam afficientis hoc est principium, in quo caelum et terra a deo patre, per filium unigenitum et spiritum sanctum sanctae et vivificae et consubstantialis Trinitatis ex nihilo adesse, ex eius immensa bonitate traducta sunt: dies, inquam, ille sanctus, primi mensis Hebraeis et scripturis divinitus inspiratis Nisan dicti, initium et caput,

* Interpretatio Latina Goari est, quam ego plane non attigi. *G. D.*

P. 2 παρὰ Ῥωμαίοις Μαρτίου μηνὸς οὖσα, τοῦ δὲ παρ' Αἰγυπτίοις
ἑβδόμου μηνὸς κθ'. τοῦτο πᾶσιν ὁμολογούμενόν ἐστι τοῖς ἁγίοις
ἡμῶν πατράσι καὶ διδασκάλοις καὶ τῇ ἁγίᾳ καθολικῇ καὶ ἀποστο-
λικῇ ἐκκλησίᾳ. ἐν ταύτῃ καὶ Γαβριὴλ τὸν ἀσπασμὸν καὶ τὸ χαῖρε
τῇ ἁγίᾳ παρθένῳ τῆς θείας συλλήψεως προεφθέγξατο. ἐν ταύτῃ
V. 2 καὶ ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ πατρὸς μετὰ τὴν ἐξ αὐτῆς ἄρρητον σάρ-
κωσιν πᾶσαν πληρώσας οἰκονομίαν ἐκ νεκρῶν ἀνέστη, ἀρχὴν λα-
βόντος κατὰ τὴν αὐτὴν ἁγίαν τῆς ζωηφόρου ἀναστάσεως ἡμέραν
τοῦ ͵εφλδ' ἔτους ἀπὸ κτίσεως κόσμου. περὶ οὗ μοι πᾶσα σπουδὴ
B γέγονε τόδε τὸ χρονικὸν συντάξαι κανονικῶς τε καὶ ἐξηγητικῶς,
ὅπερ τοῖς πολλοῖς τῶν ἱστορικῶν οὐ συμπεφώνηται, ὅτι τε τῷ
͵εφ' ἔτει τοῦ κόσμου ὁ κύριος ἡμῶν ὁ θεὸς ἐσαρκώθη ἐκ τῆς ἁγίας
παρθένου καὶ ὅτι τῷ ͵εφλδ' ἔτει ἀρχομένῳ, ὡς προείρηται, τῇ
πρώτῃ τοῦ Νισὰν παρ' Ἑβραίοις μηνὸς, κε' τοῦ παρὰ Ῥωμαίοις
Μαρτίου, παρὰ δὲ Αἰγυπτίοις Φαμενὼθ ἑβδόμῳ μηνὶ κθ' ἀνέ-
στη ἐκ νεκρῶν πατήσας τὸν θάνατον. πρόδηλον δὲ ὅτι καὶ πρῶ-
τον κυριακὸν πάσχα τοῖς καταξιωθεῖσι τῆς θείας χάριτος κατὰ
ταύτην ἤρξατο τὴν ἁγίαν πρωτόκτιστον ἡμέραν. εὐλόγως ἄρα
C καὶ ἐν αὐτῇ τῆς ὁρωμένης ἤρξατο δημιουργίας ἡ ἁγία καὶ παν-
τουργὸς τριὰς, ὡς προτυπούσης τὴν ἁγίαν ἀναστάσιμον ἡμέραν·

4 et 6. ταύτῃ καὶ A. ταύτῃ δὲ G. 8. ἡμέραν τοῦ A. τοῦ om. G. 14. Νισὰν m. νισσᾶν A. Νισσὰν G. Ἑβραίοις] ἑβραίοις A ut solet. Litterae maiusculae accentu carent in G. 15. αἰγυπτίοις A. τοῖς Αἰγυπτίοις G. κθ'] ἡμέρᾳ κθ' m.

Martii Romanorum mensis vicesimo quinto, Aegyptiorum vero septimi nono et vicesimo, respondet. Apud omnes sanctos patres nostros et doctores atque sanctam catholicam et apostolicam ecclesiam istud pervagatum est. Hoc die divini conceptus salutem et „ave" sanctae virgini Gabriel praefatus est; hoc die post carnem modo non vulgari ex ea sumptam, dispensationis et humanae vitae cursu adimpleto, unigenitus caelestis patris filius exsurrexit a mortuis; qua eadem sanctae resurrectionis vitae reparatricis luce a mundo primum condito annus quinquies millesimus quingentesimus tricesimus quartus initium sumpsit; de qua, cum non sit unus apud historicos plerosque consensus, ut praesens Chronicon iuxta temporum et narrationum seriem, hoc est ordinatim, ac quantum par fuit, ample digererem, nullum a me studium omissum est. Quingentesimo siquidem supra quinquies millesimum mundi anno dominus deus noster ex sancta virgine caro factus, tricesimo quarto supra quingentesimum et quinquies millesimum initium nacto, ut praefati sumus, Nisan Hebraeorum mensis die primo, Martii Romanorum quinto et vicesimo, Phamenoth vero, hoc est Aegyptiorum septimi mensis vicesimo nono, calcata morte, resurrexit a mortuis. Omnibus autem divinae gratiae munere ditatis pro comperto est, primum dominicum Pascha eodem sancto primoque quondam edito die exortum illuxisse: eodem itaque, ceu sanctae resurrectionis praenuncio, visibile opificium sancta et cunctorum creatrix Trinitas auspicata est: eius-

οὗ χάριν καὶ πρώτην τοῦ πρώτου μηνὸς Νισὰν φυσικῶς αὐτὴν καὶ θεοδιδάκτως ὁ θεόπτης Μωϋσῆς παραλαβὼν ἐξ αὐτῆς ἤρξατο τῆς συγγραφῆς λέγων „Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.” πρόδηλον γὰρ ὅτι παντὸς μηνιαίου καὶ ἐνιαυσιαίου χρόνου ἡμέρα τις προκατάρχει, καὶ ὅτι ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ καὶ τὸ φῶς καὶ τὸ σκότος τὸ πνεῦμά τε καὶ ἡ ἄβυσσος καὶ αὐτὸ τὸ πρωτόκτιστον νυχθήμερον ὥσπερ ἀρχὴ τῆς χρονικῆς κινήσεως πέφυκεν, ὅπερ ἥτις μονὰς τῶν μετ᾽ αὐτὴν ἀριθμῶν, οὐδεὶς ἀντι- D φράσει τῶν εὖ φρονούντων, οὐδ᾽ ὅτι ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ καὶ τῶν ὁρωμένων ἡ σύμπηξις πρὸ τῆς πρώτης ἡμέρας, ἀλλὰ πάντως σὺν αὐτῇ καὶ κατ᾽ αὐτὴν παρῆκται καὶ τὴν ἀρχὴν εἴληφε. εἰ γὰρ μὴ τοῦτο δῶμεν, ἔσται μὲν ἄλλη τις ἀρχὴ οὐρανοῦ καὶ γῆς κατὰ τὸν χρόνον πρεσβυτέρα καὶ ἄλλη νεωτέρα, καθ᾽ ἣν ἡ πρωτόκτιστος ἡμέρα τοῦ εἶναι ἤρξατο, ὅπερ ἐναντιοῦται ταῖς θεοπνεύστοις φωναῖς καὶ τῇ φυσικῇ τῶν πραγμάτων ἀκολουθίᾳ. τίνι γὰρ ὁ πρὸ τῆς πρωτοκτίστου ἡμέρας χρόνος κατεμετρεῖτο μήπω τῆς P. 3 ἡλιακῆς φορᾶς καὶ σεληνικῆς γενομένης μηδὲ τῆς ὁρατῆς κτίσεως, δι᾽ ἣν καὶ ἡ τῶν νυχθημερινῶν διαστημάτων κίνησις ὑπὸ θεοῦ σοφῶς ὥρισται; τοῖς γὰρ ἀϊδίοις ἤγουν ταῖς ἀΰλοις οὐσίαις αἰών τις ἀνεπισκότιστος συμπαρεκτείνεται, ὥσπερ ἡμῖν τοῖς ἐν γενέσει

1. Νισὰν m. νισσᾶν A. Νισσὰν G. 2. παραλαβὼν A. προσλαβὼν G. 8. ὅπερ A. ὥσπερ G. μετ᾽ αὐτὴν A. μεθ᾽ ἑαυτὴν G. ἀντιφράσει] ἀντιφράσοι G. 12. γῆς A. τῆς γῆς G. 13. καὶ ἄλλη νεωτέρα A. ἄλλην ἑτέρα G. 16. μήπω A. μήπως G. 18. ἣν καὶ ἡ τῶν A. ἣν ἡ G. 20. ἡμῖν τοῖς A. τοῖς om. G.

denque rei gratia, naturali divinoque lumine edoctus dei spectator Moses primi mensis primum illum diem fore praenuncians, ab eo scripturae seriem aggressus est, dicens: „In principio creavit deus caelum et terram.” Menstruo namque et annuo spatio diem quendam initium dare manifesto constat: ut enim caelum ac terram, tenebras et lumen, spiritum et abyssum, nec non et ipsum primo editum noctis dieique curriculum, eo pacto temporanei motus principium extitisse, ac subsequentium numerorum unitatem, nemo qui mentis sit compos inficias ierit: caelum pariter ac terram, et universam, quae sub adspectum cadunt, rerum compagem, diem primum praecessisse nullus asseret, sed omnino cum eo, ac deinceps post ipsum emersisse ac sumpsisse principium. Sin minus hoc concesserimus, aliud caeli terraeque principium tempore antiquius erit admittendum, ac aliud pariter quo primo conditus illuxit dies; quod divinitus inspiratis sermonibus et naturali rerum ordini adversatur. Cui namque rerum diem primo illucescentem praecedens spatium exaequaretur, cum nondum solaris lunarisve cursus, vel aliud creatum visu discernendum, quo nocturnorum diurnorumque discriminum vicissitudo a deo sapienter est distributa, existeret? Aeternis siquidem, hoc est a materia discretis substantiis aevum quoddam occasus et tenebrarum expers coextenditur et commensuratur, eo penitus pacto, quo nobis ortus et interitus legi subiectis tempus solaribus gyris

καὶ φθορᾷ ὁ χρόνος ἡλίου φορᾷ καταμετρεῖται, ὥς πού φησιν ὁ
μέγας ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριος. ἀναγκαίως οὖν ἐκ πάντων δείκνυται
χρονικὴ ἀρχὴ, καθ' ἣν ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ γεγόνασιν, ἡ ἁγία αὕτη
πρωτόκτιστος ἡμέρα, ἣν ὡς θεμέλιον ἀρραγῆ καὶ βάσιν ἄσειστον
B πηξάμενος τῆσδε τῆς συγγραφῆς, λιπαρῶ τὸν ἐν αὐτῇ καὶ κατ'
αὐτὴν οὐ μόνον τὴν αἰσθητὴν κτίσιν ὑποστησάμενον, ἀλλὰ καὶ
τὴν ἐν αὐτῷ καινὴν κτίσιν Χριστὸν θεὸν ἡμῶν συνεργῆσαί μοι τῷ
ἀμαθεστάτῳ, ὥστε σαφῶς ἀποδεῖξαι τῷ ͵εφ' ἔτει τοῦ κόσμου τὴν
ἔνσαρκον αὐτοῦ γεγενῆσθαι οἰκονομίαν, καὶ ὅσα ἐν τῷ μεταξὺ
V. 3 χρόνῳ γέγονεν ἐπίσημα πράγματα περί τε ἔθνη καὶ βασιλείας καὶ
τῶν μετὰ ταῦτα ὀκτακοσίων δύο ἐτῶν, τριάκοντα τριῶν μὲν ἐτῶν,
καὶ ἡμερῶν τεσσαράκοντα τῆς ἐπὶ γῆς οἰκονομίας, ἑπτακοσίων δὲ
C καὶ ἑξήκοντα ἓξ καὶ μηνῶν δέκα καὶ ἡμερῶν εἴκοσι τῶν μετὰ τὴν
ἁγίαν αὐτοῦ ἀνάληψιν, τοῦτ' ἔστιν ἀπὸ τῆς πρωτοκτίστου ἡμέ-
ρας ἕως τοῦ κοσμικοῦ καθολικοῦ ἑξάκις χιλιοστοῦ τριακοσιοστοῦ
ἔτους ἰνδικτίωνος πρώτης, ὡς ὑποτέτακται.

Τὴν πρώτην ἡμέραν ὁ Ἀφρικανὸς νοητὴν λέγει, διὰ τὸ ἀδιοργάνιστον εἶναι τέως τὸ πρωτόκτιστον φῶς καὶ κεχυμένον.

Ἐν τῷ πρωτοκτίστῳ νυχθημέρῳ, τῇ πρώτῃ τοῦ παρ' Ἑβραίοις πρώτου μηνὸς Νισὰν, ὡς προδέδεικται, παρὰ δὲ Ῥωμαίοις

1. φορᾷ A. φοραῖς G. 5. λιπαρῶ τὸν A. λιπαρῷ τῶν G. 6. αἰσθητὴν] ἐσθητὴν A. 7. τὴν ἐν αὐτῷ A. τὸν ἐν αὐτῇ G. 11. δύο delet m. 13. ἤγουν ἕως οὗ ἐτελείωσεν οὗτος ὁ Γεώργιος· ἐκεδὴ ω' ἐτῶν συνεστήσατο margo A. 15. κοσμικοῦ add. ex A. 18. κεχυμένον m. κεχυμμένον G. 20. Νισὰν m. νισσᾶν A. Νισσὰν G.

enatum coaequatur, ut aliquo scriptorum loco praeclarus theologia Gregorius testatum reliquit. Necessarium itaque quoddam temporis principium, quo caelum et terra condita fuere, ex omni parte commonstratur sanctus iste primo conditus dies; quo velut inconvulso fundamento, et voluminis huius inconcussa basi stabilita, illum qui in eo ac sub eo non sensibilem modo creaturam subiit, sed et in eo nova creatura factus est, Christum deum nostrum illiterato mihi opem ferat, precor: ut et quinquies millesimo quingentesimo mundi anno eius in carne dispensationem contigisse, et quae mox notatu res dignae per varias nationes et regna in interiecto temporis spatio ad (duorum et) octingentorum annorum terminum acciderunt, triginta videlicet trium annorum et quadraginta super terram dispensationis dierum, sexaginta sex autem supra septingentos annorum, decem mensium et dierum viginti, quod post eius sanctam ascensionem lapsum est, intervallo, a primo, inquam, die condito ad communem omnibus et vulgarem trecentesimum et sexies millesimum indictionis primae annum, ut subiectum est inferius, dilucide proferam.

Primum diem intellectualiter concipi desiderat Africanus, eo quod nulla partium secretione distinctum apparuerit hucusque lumen illud primigenium undequaque expansum.

Primo cunctorum omnium noctis dieique circulo, mensis Nisan apud Hebraeos die primo, ut praemonstratum est, mensis vero Martii apud

εἰκοστῇ πέμπτῃ τοῦ Μαρτίου μηνὸς, καὶ παρ' Αἰγυπτίοις εἰκο- D στῇ ἐνάτῃ τοῦ Φαμενὼθ, ἐν ἡμέρᾳ κυριακῇ, ἤτοι μιᾶς σαββάτου, ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, τὸ σκότος καὶ τὰ ὕδατα, πνεῦμα καὶ φῶς καὶ νυχθήμερον, ὁμοῦ ἔργα ἑπτά. ἐν τῷ δευτέρῳ νυχθημέρῳ ἐγένετο τὸ στερέωμα, ἔργον ἕν. ἐν τῷ τρίτῳ νυχθημέρῳ ἐγένετο ἔργα τέσσαρα, φανέρωσις γῆς καὶ ἀναξήρανσις, παράδεισος, δένδρα παντοῖα, βοτάναι καὶ σπέρματα. τῇ τετάρτῃ ἡμέρᾳ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην καὶ τοὺς ἀστέρας. τῇ πέμπτῃ ἡμέρᾳ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὰ ἑρπετὰ καὶ τὰ νηκτὰ πάντα, κήτη καὶ ἰχθύας καὶ ὅσα ἐν τοῖς ὕδασι, ἔτι P. 4 τε πετεινά. ὁμοῦ ἔργα τρία. τῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὰ τετράποδα καὶ τὰ ἑρπετὰ τῆς γῆς, τὰ θηρία καὶ τὸν ἄνθρωπον, ἔργα τέσσαρα. ὁμοῦ τὰ πάντα ἔργα εἴκοσι δύο ἰσάριθμα τοῖς εἴκοσι δύο Ἑβραϊκοῖς γράμμασι καὶ ταῖς εἴκοσι δύο Ἑβραϊκαῖς βίβλοις καὶ τοῖς ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως Ἰακὼβ εἴκοσι δύο γεναρχίαις, ὡς ἐν λεπτῇ φέρεται Γενέσει, ἣν καὶ Μωϋσέως εἶναί φασί τινες ἀποκάλυψιν. αὕτη τὰς οὐρανίους δυνάμεις τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ λέγει ἐκτίσθαι.

Ὁ ἅγιος Ἰωάννης καὶ μέγας ἐν διδασκάλοις Χρυσόστομος τῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ τῆς πρώτης ἑβδομάδος, τοῦτ' ἔστι τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ B τῆς πλάσεως αὐτοῦ, λέγει τὸν Ἀδὰμ ἐκβληθῆναι τοῦ παραδεί-

2. φαμενῶθ A ut solet. 3 et 5. τὸ σκότος et τὸ στερέωμα A. τὸ om. G. 6. ἀναξήρανσις Am. ἀνεξήρανσις G. 7. παράδεισσος A. Pariter p. 4. 5. 9. ἀστέρας] ἔργα τρία add. m. 11. τῇ ϛ' ἡμέρᾳ A. τῇ δὲ ἡμέρᾳ πέμπτῃ G. 19. Σήμαινε τί λέγει τὰς οὐρανίας δυνάμεις margo A. Corrige Σημείωσαι.

Romanos vicesimo quinto, Phamenoth apud Aegyptios vicesimo nono, die *dominico*, qui sabbati, hoc est hebdomados primus, creavit deus caelum et *terram*, tenebras et aquas, spiritum et lucem, nec non noctis et diei spatium: *summatim* opera septem. Secundo noctis dieique ambitu factum est firmamentum: opus unicum. Labente noctis ac diei tertii spatio opera quatuor edita sunt: terrae manifestatio, eiusdemque exsiccatio, deliciarum hortus, arborum genera cuncta, herbae et earum semina. Quarto die fecit deus solem et lunam et astra: opera tria. Quinto creavit deus reptilia et quae sub aquis natant omnia; cete, cunctaque in aquis viventia, ac insuper aves: simul opera tria. Sexto vero die produxit deus quadrupedia, terraeque reptilia, feras et hominem: quatuor opera. Cuncta simul opera duo et viginti sunt, duabus ac viginti litteris Hebraicis, eorumdemque Hebraeorum libris viginti duobus, ac insuper viginti duabus ab Adamo ad Iacob usque generationibus paria numero, prout in parva Genesi, quam quidam Mosis revelationem vocant, circumfertur. Haec eadem caelestes virtutes primo die conditas enarrat.

Sexto primae hebdomados die, prima nimirum creationis suae luce Adamum et Evam e paradiso eiectos sanctus et praeclarus inter doctores

σου καὶ τὴν Εὔαν, ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγελίου, ᾧ καὶ ἡμεῖς πειθόμεθα.

Ἑβδόμη ἡμέρα σαββάτῳ, ἐν ᾗ κατέπαυσεν ὁ θεὸς ἀπὸ τῶν
ἔργων, καὶ ἡγίασεν αὐτήν. τὴν μὲν ποσότητα τοῦ χρόνου τῆς ἐν
τῷ παραδείσῳ διαγωγῆς τῶν πρωτοπλάστων ἀτράνωτον ἡμῖν ὁ
θεόπτης Μωϋσῆς καταλέλοιπε, καὶ χρὴ τοὺς καθ᾽ ἡμᾶς ἀτελεῖς
μὴ ζητεῖν καὶ περιεργάζεσθαι τὰ σεσιγημένα τῇ θεοπνεύστῳ γρα-
φῇ. ὅσα γὰρ ἦν ἐπωφελῆ καὶ χωρητὰ τοῖς ἀνθρώποις, ταῦτα
C ἡμῖν διὰ πνεύματος ἁγίου ἐκδέδοται, καὶ οὐ χρὴ περαιτέρω τῶν
θείων ὅρων προβαίνειν τοὺς ὀρθῶς ἐντυγχάνοντας, ἵνα μὴ ἀντὶ κέρ-
δους μικροῦ μεγάλην ζημίαν ἐπισπάσωνται. ἐπειδὴ δέ τινες ἀκρα-
τῶς ἔχοντες περὶ τοῦ συζητεῖν, εἴτε ἐκ δοκουμένης φιλομαθίας
εἴτε καὶ κενοδοξίᾳ νυττόμενοι, τὰ θεῖα λόγια μετὰ χεῖρας φέρον-
τες δεικνύειν πειρῶνται τὸν μὲν προπάτορα ἡμῶν Ἀδὰμ οὐκ εὐ-
θὺς εἰσενηνέχθαι ἐν τῷ παραδείσῳ ὑπὸ θεοῦ· ἢ καὶ εἰσελθόντα
V. 4 πρὸ τῆς πλάσεως τῆς γυναικὸς ὀνόματα θέσθαι τοῖς θηρίοις καὶ
τοῖς πετεινοῖς τοῦ οὐρανοῦ, ὅπερ μιᾶς ἡμέρας ἔργον οὐκ ἦν πρὸς
ἀνθρωπίνην νόσον καὶ ἰσχὺν, ὡς φιλονεικοῦσι, διὰ τὸ λέγειν
D τὴν γραφὴν ὅτι καὶ ἐφύτευσεν ὁ θεὸς τὸν παράδεισον ἐν Ἐδὲμ κα-
τὰ ἀνατολὰς καὶ ἔθετο ἐκεῖ τὸν ἄνθρωπον ὃν ἔπλασε, καὶ ἐξανέ-
τειλεν ὁ θεὸς ἐκ τῆς γῆς ἔτι πᾶν τὸ ξύλον ὡραῖον εἰς ὅρασιν καὶ

3. σάββατον m. 11. ἐπισπάσωνται] ἐπισπάσονται A. ἐπεισπάσωνται G. ἐπειδὴ δὲ A. δὲ om. G. 13. εἴτε καὶ] καὶ om. G. ὥστε καὶ A. 19. τὴν γραφὴν] Genes. II, 8. ὅτι καὶ A. καὶ om. G. 20. τὸν om. A.

Ioannes Chrysostomus expositione in Matthaei evangelium asserit, cuius auctoritate nos quoque ducimur.

Dies septimus sabbatum est, quo deus ab operibus condendis abstitit, diemque illum sanctum esse voluit. Ac temporis quidem spatium, seu morae a primo formatis parentibus in paradiso tractae incertum penitus et ignotum Moses ille dei spectator reliquit, quasi nos mente infirmiores, quae quondam silentio velata remanserunt in scripturis divino spiritu dictatis non inquirere vel peracrutari oportere, tacite commoneret. Nam quaecunque nobis utilia desiderabantur et humano captui accommoda, haec eadem nobis sancti spiritus ope sunt exhibita, nec animos recte affectos divinas ultra metas progredi decet, ne minuti lucri cupidine magnum sibi damnum comparent; cum plerique sint ea quaestionum intemperantia perciti, ac, sive fictae discendi aviditatis, sive vanae gloriae stimulis acti, ut divinos sermones illotis, quod aiunt, manibus tractantes, demonstrare conentur, protoparentem Adamum non confestim a deo in paradisum inductum: quamvis aliunde muliere nondum producta quadrupedibus et caeli volucribus in eundem ingressus nomina imposuerit, quod quidem unius diei superavit operam ac vires, ne dicam infirmitatem humanam transcendit, ut ipsi contendunt, eo quod non obscure scriptura enunciat, deum paradisum in Edem ad Orientem plantasse, et hominem quem formaverat, in eo locasse. Insuper quoque produxit deus de humo omne

καλὸν εἰς βρῶσιν, καὶ ξύλον τῆς ζωῆς ἐν μέσῳ τοῦ παραδείσου, καὶ τὸ ξύλον τοῦ εἰδέναι γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ. καὶ ἔπλασεν ὁ θεὸς ἔτι ἐκ τῆς γῆς πάντα τὰ θηρία τοῦ ἀγροῦ καὶ πάντα τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ. καὶ ἤγαγεν αὐτὰ πρὸς τὸν Ἀδὰμ ἰδεῖν τί καλέσει αὐτά. εἶτα μετὰ τοιαῦτα ἐπάγει, τῷ δὲ Ἀδὰμ οὐχ εὑρέθη βοηθὸς ὅμοιος αὐτῷ. καὶ ἐπέβαλεν ὁ κύριος ἔκστασιν ἐπὶ τὸν Ἀδὰμ, καὶ ὕπνωσε, καὶ ἔλαβε μίαν ἐκ τῶν πλευρῶν αὐτοῦ, καὶ
ἀνεπλήρωσε σάρκα ἀντ᾽ αὐτῆς, καὶ τὰ ἑξῆς· ἀναγκαίως προ- P. 5
ήχθην καὶ περὶ τούτου δηλῶσαι ἐν μέρει, ὅσα καὶ ἄλλοις ἱστορικοῖς Ἰουδαϊκὰς ἀρχαιολογίας ἢ καὶ Χριστιανικὰς ἱστορίας γράψασι περὶ τούτου εἴρηται ἐκ τῆς λεπτῆς Γενέσεως καὶ τοῦ λεγομένου βίου Ἀδὰμ, εἰ καὶ μὴ κύρια εἶναι δοκεῖ, ὡς ἂν μὴ εἰς ἀτοπωτέρας δόξας ἐκπέσοιεν οἱ ταῦτα συζητοῦντες. κεῖται γοῦν ἐν τῷ λεγομένῳ βίῳ Ἀδὰμ ὁ τῶν ἡμερῶν ἀριθμὸς τῆς τε ὀνομασίας τῶν θηρίων καὶ τῆς πλάσεως τῆς γυναικὸς καὶ τῆς εἰσόδου αὐτοῦ Ἀδὰμ ἐν τῷ παραδείσῳ καὶ τῆς περὶ τοῦ ξύλου τῆς βρώσεως ἐντολῆς τοῦ θεοῦ πρὸς αὐτὸν, καὶ τῆς μετὰ τούτου εἰσόδου Εὔας ἐν τῷ παραδείσῳ, τά τε τῆς παραβάσεως καὶ τὰ μετὰ
τὴν παράβασιν, ὡς ὑποτέτακται. B

Τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ ἑβδομάδος, ἥτις ἦν τρίτη μὲν ἡμέρα τῆς

2. τὸ ξύλον A. τὸ om. G. 3. ἔτι add. A. 5. καλέσει A. καλέσῃ G. 6. ἐπέβαλεν m. ἐπέβαλλεν G. Addidi ὁ. ἐπὶ A. εἰς G. 8. ἀνεπλήρωσεν A. ἐπλήρωσεν G. 9. ὅσα A. ὅτε G. 10. ἢ καὶ A. ἢ om. G. 15. τῆς τε A. τε om. G. 17. τούτου εἰσόδου] τὴν εἴσοδον m. 18. Εὔας A. τῆς Εὔας G. τὰ μετὰ A. τὰ om. G. 20. ἑβδομάδος A. τῆς ἑβδομάδος G.

lignum pulchrum visu, et ad vescendum suave, lignum etiam vitae in medio paradisi, lignumque quo boni malique comparetur experimentum. Formavitque deus de humo omnes bestias agri et universa volatilia caeli; et adduxit ea ad Adamum, ut videret quid vocaret ea. His adiungit. Adamo vero non inveniebatur adiutor similis eius. Immisit ergo dominus mentis excessum in Adamum, et sopore iniecto, tulit unam de costis eius, et eius vice carnem substituit, et quae sequuntur. Compulit me licet invitum necessitas nonnihil in medium proferre de his, quae ab aliis historicis Iudaicas antiquitates Christianasque narrationes scripto recensentibus ex parva Genesi ac libro, cui titulus, Adami vita, dubiae licet fidei voluminibus, fuerunt excerpta, ne, qui de huiusmodi curiosius investigant, in absurdiores opiniones incidant. In praefata igitur Adami vita comperitur dierum numerus, quo nomen animalia sortita sunt, vel quo mulier formata, vel Adamus in paradisum inductus, vel de vitando ligni esu praeceptum ei positum a deo, vel quod Eva in paradisum ingressa renovatum est, cunctaque transgressionis series, nec non quae transgressionem sunt sequuta, ut deinceps expositum est.

Die hebdomados primo, qui conditus Adam tertius extitit, Nisan, in-

πλάσεως τοῦ Ἀδὰμ, ὀγδόῃ δὲ τοῦ πρώτου μηνὸς Νισὰν, πρώτῃ δὲ τοῦ Ἀπριλλίου μηνὸς, καὶ ἕκτῃ τοῦ παρ' Αἰγυπτίοις Φαρμουθὶ, ὠνόμασεν Ἀδὰμ τὰ ἄγρια θηρία θείῳ τινὶ χαρίσματι. τῇ δευτέρᾳ ἡμέρᾳ τῆς δευτέρας ἑβδομάδος ὠνόμασε τὰ κτήνη· τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ τῆς δευτέρας ἑβδομάδος ὠνόμασε τὰ πετεινά. τῇ τετάρτῃ ἡμέρᾳ τῆς δευτέρας ἑβδομάδος ὠνόμασε τὰ ἑρπετά. τῇ πέμπτῃ ἡμέρᾳ τῆς δευτέρας ἑβδομάδος ὠνόμασε τὰ νηκτά. τῇ C ἕκτῃ ἡμέρᾳ τῆς δευτέρας ἑβδομάδος, ἥτις ἦν κατὰ μὲν Ῥωμαίους Ἀπριλλίου ἕκτη, κατὰ δὲ Αἰγυπτίους Φαρμουθὶ ἑνδεκάτη, λαβὼν ὁ θεὸς μέρος τι τῆς πλευρᾶς τοῦ Ἀδὰμ ἔπλασε τὴν γυναῖκα. τῇ τεσσαρακοστῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ τῆς κοσμοποιίας, τετάρτῃ ἡμέρᾳ τῆς ἑβδόμης ἑβδομάδος, Παχὼν τεσσαρεσκαιδεκάτῃ, Μαΐου ἐνάτῃ, ἡλίου ὄντος ταύρῳ καὶ σελήνης σκορπίῳ κατὰ διάμετρον, ἐν τῇ τῶν Πλειάδων ἐπιτολῇ, εἰσήγαγεν ὁ θεὸς τὸν Ἀδὰμ ἐν τῷ παραδείσῳ κατὰ τὴν τεσσαρακοστὴν ἡμέραν τῆς πλάσεως αὐτοῦ. τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ τῆς κοσμοποιίας, τεσσαρακοστῇ τετάρτῃ δὲ τῆς πλάσεως τοῦ Ἀδὰμ, ἡμέρᾳ κυριακῇ, Παχὼν ὀκτωκαιδεκάτῃ, Μαΐου τρισκαιδεκάτῃ, μετὰ τρεῖς ἡμέρας τῆς ἐν τῷ παραδείσῳ D αὐτοῦ εἰσόδου, ἡλίου ὄντος ταύρῳ καὶ σελήνης αἰγοκέρωτι, ἐνετείλατο ὁ θεὸς τῷ Ἀδὰμ ἀπέχεσθαι τῆς βρώσεως τοῦ ξύλου τῆς γνώσεως.

Τῇ ἐνενηκοστῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ τῆς κτίσεως, τῇ δευτέρᾳ ἡμέρᾳ τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης ἑβδομάδος, κατὰ τὴν θερινὴν τροπὴν,

1. *Νισὰν* m. *Νισσὰν* G. 2. *Αἰγυπτίοις* m. *Ἑβραίοις* G. 11. *τετάρτῃ ἡμέρᾳ* m. *τετάρτην ἡμέραν* G. 12. et 17. *παχὼν* A. 16. „Lego *πεντηκοστῇ*, accepta a librario *η*, vice *ν*, et ad longum scripto *ὀγδόῃ*." m. 19. *αἰγοκέρωτι* m. *αἰγοκέρωτος* G.

quam, mensis primi octavo, Aprilis primo, ac Pharmuthi Aegyptiorum sexto, cunctis animantibus divino nutu nomina imposuit Adamus. Secundae hebdomados luce altera iumentis, tertia hebdomados eiusdem volucribus appellationem indidit, quarta qui reptilia, quinta qui natatilia, vocarentur, protulit. Sexto eiusdem hebdomados secundae die, qui Romanis Aprilis sextus, Aegyptiis Pharmuthi undecimus, assumpta costae Adami particula, mulierem ex ea formavit deus. Quadragesimo sexto mundi creati die, septimae hebdomados quarto, Pachon quarto decimo, Maii nono, sole taurum, luna scorpionem ex opposito subeunte, in ipso Pleiadum exortu, quadragesima creationis eius luce deus Adamum in paradisum induxit. Ab orbe creato die quinquagesimo, ab Adami conditu quadragesimo quarto, die dominico, Pachon octavo decimo, Maii tertio decimo, tertia ingressus eius in paradisum luce, sole taurum, luna capricornum subintrante, praecepit Adamo deus, ut a scientiae ligno sibi temperaret.

Nonagesimo tertio creationis die, secunda quartae decimae hebdomados luce, circa solstitium, sole cum luna sub cancro positis, Iunii men-

ἡλίου ὄντος καὶ σελήνης καρκίνῳ, τῇ εἰκοστῇ πέμπτῃ τοῦ Ἰου-
νίου μηνὸς, Ἐπιφὶ πρώτῃ, εἰσήχθη ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἐν τῷ πα-
ραδείσῳ ἡ τοῦ Ἀδὰμ βοηθὸς Εὔα, ἐν τῇ ὀγδοηκοστῇ ἡμέρᾳ τῆς
πλάσεως αὐτῆς. ἣν ὁ Ἀδὰμ λαβὼν ὠνόμασεν Εὔαν, ὃ ἑρμη-
νεύεται ζωή· διὰ τοῦτο προσέταξεν ὁ θεὸς διὰ Μωϋσέως ἐν τῷ
Λευιτικῷ, ἤτοι διὰ τὰς μετὰ τὴν πλάσιν τοῦ χωρισμοῦ αὐτῶν
ἡμέρας ἐκ τοῦ παραδείσου, ἐπὶ μὲν ἀρρενογονίας ἀκάθαρτον αὐ- V. 5
τὴν εἶναι ἐπὶ τεσσαράκοντα ἡμέρας, ἐπὶ δὲ θηλυτοκίας ἕως ἡμε- P. 6
ρῶν π'. ἐπειδὴ καὶ Ἀδὰμ τῇ μ' ἡμέρᾳ τῆς πλάσεως αὐτοῦ εἰσή-
χθη ἐν τῷ παραδείσῳ, οὗ χάριν καὶ τὰ γεννώμενα τῇ τεσσαρα-
κοστῇ ἡμέρᾳ εἰσφέρουσιν ἐν τῷ ἱερῷ κατὰ τὸν νόμον. ἐπὶ δὲ θή-
λεος ἀκάθαρτον εἶναι αὐτὴν ἐπὶ ἡμέρας ὀγδοήκοντα, διά τε τὴν
ἐν τῷ παραδείσῳ αὐτῆς εἴσοδον τῇ ὀγδοηκοστῇ ἡμέρᾳ καὶ διὰ τὸ
ἀκάθαρτον τοῦ θήλεος πρὸς τὸ ἄρσεν. ἄφεδρος γὰρ πάλιν οὖσα
οὐκ εἰσέρχεται ἕως ἑπτὰ ἡμέρας ἐν τῷ ἱερῷ κατὰ τὸν θεῖον νόμον.

Ταῦτα ἐκ τοῦ βίου λεγομένου Ἀδὰμ φιλομαθίας χάριν ἐν
συντόμῳ ἐστοιχείωσα, ἐν τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς πλάσεως τοῦ Ἀδὰμ, B
ἐπ' αὐτῷ τὰ πραχθέντα, ἐφεξῆς δὲ καὶ τὰ λοιπὰ στοιχειωθήσε-
ται, ἕως ἐνναχοσιοστοῦ τριακοστοῦ ἔτους τῆς ζωῆς αὐτοῦ, καὶ
τῶν λοιπῶν γενέσεων, ἔκ τε τῶν θεοπνεύστων γραφῶν καὶ ἐκ τῶν
ἐπισημοτέρων ἱστορικῶν τῶν ταύταις ἐξακολουθησάντων. ἐξ ὧν

6. Λευιτικῷ] XII. 7. ἐκτὸς τοῦ m. 10. γεννώμενα A. γενόμενα G. 14. ἄφεδρος margo A: in textu αφαιδρῶς. 16. ἐστοιχείωσα, ἐν Bredovius. Legebatur ἐστοιχειώσαμεν. 18. καὶ τὰ A. καὶ om. G.

sis vicesimo quinto, Epiphi primo, adiutrix Adami Eva octogesimo suae creationis die in paradisum a deo introducta fuit. Ille acceptam vocavit Evam, cuius nominis expositio est, vita; ac propterea per Mosen in Levitico mandavit deus, hoc est propter dierum spatium, quo recens creati a se invicem a paradiso seiuncti fuerunt, mulierem in masculi partu quadraginta dies, in feminae ad octoginta usque immundam censeri: eam certe ob causam quod Adamus quadragesimo suae creationis die fuerit illatus in paradisum, cuius gratia natos quoque pueros quadragesimo die iuxta legis sancita in templum inducunt: in femellae vero partu ad octogesimum usque mulier immunda perseverat, cum ut in paradisum octogesimo die ingressa, tum ut eius ad virum comparatione longe impurior reperta; unde et menstruo fluxu foedatam in templum, nonnisi diebus septem exactis, pedem inferre lex divina prohibet.

Pauca haec ex libro, cui Adami Vita nomen est, notitiae alicuius percipiendae gratia exaravimus.

Ab anno primo creationis Adami, (in eo siquidem quae fuerunt condita manifesto) deinceps reliqua, ad eius vitae nongentesimum ac tricesimum annum, ac sequentium generationum seriem, ex scripturis a deo traditis ac praeclarioribus historicis, quorum narrationes memoratis scripturis consonae leguntur, recensebimus: ex quibus equidem a me pluribus

καὶ τὰ πλείω λαβὼν, πλὴν ὀλίγων τῶν κατὰ τοὺς ἡμετέρους χρόνους γεγονότων, σύνοψίν τινα σπουδάσω ποιῆσαι, συναφείας ἅμα καὶ ἀληθείας ἐν πᾶσι φροντίζων καὶ τῆς καταλλήλου τῶν πραγμάτων ἀκολουθίας, διαφοράς φημι βασιλέων καὶ ἱερέων C ἀριθμὸν, προφητῶν τε καὶ ἀποστόλων καὶ μαρτύρων καὶ διδασκάλων, καὶ τῶν παρ᾽ Ἕλλησιν ἢ ἄλλοις ἔθνεσιν ἐπὶ σοφίᾳ βεβοημένων ἢ ἄλλῃ τινὶ τέχνῃ ἢ ἀριστείᾳ πολεμικῇ, καὶ ἐπὶ μοχθηρίᾳ προδήλῳ, πάντα ὡς οἷός τε ὢν ἀναλεξάμενος ἐκ τῶν προειρημένων ἱστορικῶν ἀνδρῶν· ἐπὶ πᾶσι τὴν κατὰ Χριστοῦ καὶ τοῦ γένους ἡμῶν θεοβδέλυκτον διαθήκην, ἣν διέθετο τὰ σκηνώματα τῶν Ἰδουμαίων καὶ οἱ Ἰσμαηλῖται διώκοντες τὸν κατὰ τὸ πνεῦμα λαὸν θείοις κρίμασι καὶ ἀποστασίαν μελετῶντες τὴν ἐπ᾽ ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν ὑπὸ τοῦ μακαρίου Παύλου προφητευθεῖσαν D διαγράψω κατὰ δύναμιν, ἕως τοῦ νῦν ἐνεστῶτος ἑξάκις χιλιοστοῦ τριακοσιοστοῦ ἔτους ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἰνδικτίωνος πρώτης. ἀρχὴν δὲ παντὸς ἔτους ἐν τῷδε τῷ χρονικῷ τὴν πρώτην τοῦ πρώτου μηνὸς τοῦ παρ᾽ Ἑβραίοις Νισὰν πᾶς τις ἐντυγχάνων αὐτῷ λογιζέσθω, καὶ οὐ τὴν κατὰ τοὺς Αἰγυπτίους πρώτην τοῦ Θὼθ, ἢ τὴν κατὰ Ῥωμαίους πρώτην τοῦ Ἰανουαρίου μηνὸς, ἢ ἄλλου τινὸς ἔθνους ἄλλοθεν ἀρχομένου. διαφόρως γὰρ παρὰ διαφόροις ἔθνεσιν οἱ μῆνες καὶ αἱ τῶν μηνῶν καὶ ἐνιαυτῶν ἀρχαὶ συνεφωνήθησαν· ὧν ἡ ἄγνοια τοῖς βουλομένοις ἀκριβῶς περὶ ἡμερῶν ἢ

2. τινα add. A. 15. ἔτους add. A. ἀρχὴν A. τὴν ἀρχὴν G.
17. Νισὰν m. Νισσαν G. 19. τοῦ add. A.

excerptis, praeter ea quae nostra aetate contigerunt magis insignia, narrationum concordiae pariter ac veritatis, rerumque relatarum ad sese invicem ordinis studiosus, brevem historiam contexere pro viribus contendam: regum, inquam, spectabilem turbam, sacerdotum copiam immensam, prophetarum, apostolorum, martyrum, doctorum, reliquorumve apud Gentiles aliasve nationes scientiae, vel alterius cuiuspiam artis, reive bellicae, aut ingentis alicuius laboris suscepti nomine celebrium numerum, reliquaque cuncta, quantum vires ingeniumque suppetent, ex praefatis historicis cum delectu decerpens; exosum tandem deo testamentum, quod adversus Christum genusque nostrum sibi disposuerunt tabernacula Idumaeorum et Ismaëlitae, qui populum ex spiritu natum divinis iudiciis insectantes, a beatissimo Paulo praenunciatam in fine dierum defectionem meditati sunt, ad praesentem usque creationis trecentesimum supra sexies millesimum ac Indictionis primae annum, describam. Anni vero principium, mensis Nisan apud Hebraeos primi diem primum, cui Chronicon hoc in manus inciderit, lector mente designet; nec Aegyptiorum more mensis Thoth, vel Romanorum instar Ianuarii primum, assumat, aut ab alio quovis die nationis alterius exemplo ducat initium; diversimode siquidem apud diversas nationes menses, mensiumque exordia instituuntur, quorum inscitia de diebus, men-

μηνῶν ἢ ἐνιαυτῶν τι ζητεῖν οὐ μικρὰν ἐμποιεῖ τὴν πλάνην. διὸ
καλὸν ἡγούμενος τὰς ἐπισημοτέρας αὐτῶν διαφορὰς τρεῖς οὔσας, P. 7
καὶ ταῖς πατρικαῖς διδασκαλίαις εὐδιαγνώστους εἶναι, τοῖς φιλο-
μαθέσιν ἐκθήσομαι τὰς λοιπὰς παρεὶς, ὡς ἀτρίπτους οἷον εἰπεῖν,
Ἰνδῶν, ἢ Χαλδαίων, ἢ ἄλλων τινῶν ἀσυνήθων. εἰσὶ δὲ αἱ τρεῖς
διαφοραὶ ἥ τε παρ' Ἑβραίοις καὶ παρ' Αἰγυπτίοις καὶ ἡ παρὰ
Ῥωμαίοις.

Μὴν πρῶτος κατὰ τὴν τοῦ θεοῦ νομοθεσίαν ὁ παρ' Ἑβραίοις
Νισὰν νυχθημέρων τριάκοντα ἀπὸ εἴκοσι πέντε Μαρτίου, ἕως
κγ' Ἀπριλλίου. ἀπὸ κθ' τοῦ Φαμενὼθ ἕως τὰς κη' τοῦ Φαρμοὺθί.

Δεύτερος μὴν Ἰάρης ἡμερῶν τριάκοντα ἀπὸ κδ' Ἀπριλλίου V. 6
ἕως κγ' Μαΐου. ἀπὸ κθ' τοῦ Φαρμουθὶ ἕως τὰς κη' τοῦ Παχὼν B
μηνός.

Μὴν Σουϊὰν ἡμερῶν τριάκοντα μιᾶς ἀπὸ κδ' Μαΐου ἕως
τὰς κγ' Ἰουνίου· ὁμοῦ ἐνενήκοντα δύο. ἀπὸ τὰς κθ' τοῦ Παχὼν
ἕως τὰς κθ' τοῦ Παϋνί.

Θερινὴ τροπή.

Μὴν Θαμνὶ νυχθημέρων τριάκοντα ἀπὸ κδ' Ἰουνίου ἕως κγ' C
Ἰουλίου. ἀπὸ λ' τοῦ Παϋνὶ ἕως κθ' τοῦ Ἐπιφί.

6. καὶ ἡ A. ἡ om. G. 8. μὴν addidi ex A. παρ' A. παρὰ τοῖς G. 9. Νισὰν m. νισσᾶν A. Νισσὰν G. 10. Ἀπριλλίου] παρεκτείνεται καὶ add. m. ἀπριλλίου A. τοῦ Ἀπριλλίου G. 14. Σιεθουαὴ m. 16. Παυνὴ m. 18. Θαμνὶ m. Θαμνεὶ G. ἰουνίου A. τοῦ Ἰουνίου G. 19. Ἐπιφί] Επιφεὶ G hic et p. 9, 2. ἐπὶ φεὶ A.

sibus ac annis quaestionem moventibus non contemnendi erroris causa extitit. Eam ob rem operae pretium ratus, tres praecipuas eorum differentias ac iuxta paterna ad nos usque delata monumenta cognitu faciliores, reliquis, ceu nullo usus nostri vestigio tritis, Indorum, Chaldaeorum, aliorumque, cum quibus nulla nobis est consuetudo, relictis, scientiae cupidis exponam. Illae vero tres differentiae Hebraeorum, Aegyptiorum, Romanorumque sunt propriae.

Primus divino nutu Hebraeis institutus mensis Nisan est dierum ac noctium integrarum triginta, Martii vicesimo quinto incipit, et ad Aprilis vicesimum tertium excurrit; ac pariter a Phamenoth vicesimo nono ad usque mensis Pharmuthi vicesimum octavum.

Mensis secundus Iares diebus triginta clauditur; incipit Aprilis vicesimo quarto, Maii vicesimo tertio exspirat; a Pharmuthi nempe vicesimo nono adusque Pachon vicesimum octavum.

Mensis Suian circulo dierum unius et triginta completur; Maii vicesimo quarto exorditur, Iunii vicesimo tertio desinit (quorum trium mensium summa est dierum nonaginta duorum) a Pachon vicesimo nono ad Payne vicesimum nonum.

Aestivum solstitium, sive in alium polum aestiva solis conversio.

Mensis Thamni triginta dierum est, Iunii vicesimo quarto principium, Iulii vicesimo tertio finem sortitur: a Payne tricesimo ad Epiphi vicesimum nonum.

Πέμπτος μὴν Ἀρεὶ ἡμερῶν τριάκοντα· ἀπὸ κδ΄ τοῦ Ἰουλίου ἕως τὰς κβ΄ τοῦ Αὐγούστου· ἀπὸ λ΄ τοῦ Ἐπιφὶ ἕως τὰς κθ΄ τοῦ Μεσορί.

Ἕκτος μὴν Ελλοῦ ἡμερῶν τριάκοντα μιᾶς· ἀπὸ τὰς κγ΄ τοῦ Αὐγούστου ἕως τὰς κβ΄ τοῦ Σεπτεμβρίου, ὁμοῦ ἑκατὸν ὀγδοή-
κοντα δύο ἡμέραι· ἀπὸ τὰς λ΄ τοῦ Μεσορὶ, καὶ αἱ ἐπαγόμεναι,
ἕως τὰς κέ τοῦ Θώθ· ἀπὸ τὰς κδ΄ τοῦ Αὐγούστου ἕως τὰς κη΄.
D ἡ γὰρ ἀρχὴ τοῦ Θὼθ ἀπὸ τὰς κθ΄ Αὐγούστου ἐστὶ ἐπιπενθήμε-
ρος λ΄ Αὐγούστου, ἐπὶ δὲ ἑξημέρου τριάκοντα μία Αὐγούστου.

Φθινόπωρον.

Μὴν ἕβδομος Θεελεὶφ ἡμερῶν λ΄· ἀπὸ κγ΄ Σεπτεμβρίου ἕως τὰς κβ΄ Ὀκτωβρίου. ἀπὸ τὰς κς΄ τοῦ πρώτου μηνὸς Θὼθ κατὰ γυπτίους ἕως κέ τοῦ Φαωφί.

Ὄγδοος μὴν Μερσουὰν νυχθημέρων τριάκοντα· ἀπὸ τὰς κγ΄
P. 8 Ὀκτωβρίου ἕως κα΄ Νοεμβρίου. ἀπὸ τὰς κς΄ τοῦ Φαωφὶ ἕως κέ
τοῦ Ἀθύρ.

Ἔνατος μὴν Χασσαλεὺ ἡμερῶν τριάκοντα μιᾶς. ὁμοῦ διακό–

1. Ἀρεὶ] Αβ m. 2. ἐπιφῖ A. Ἐπιφεὶ G. 3 et 6. Μεσορὶ] Vulgo Μεσορῆ. 4. Ελλοῦ] Ελοὺλ m. 7. Post Θώθ addit m αἱ δὲ ἐπαγόμεναι ἡμέραι εἰσίν. 8. ᾽πὸ τὰς A. ἐπὶ τὰς G. 9. λ΄ add. A. 10. φθινόπωρον A. Φθινοπώρινον G. 11. Θεελεὶφ] Θερσὶ m. 13. κέ add. A. 14. Μερσουὰν] Μερσουαή m. 17. Ἔνατος] Ἔννατος G. 17. Χασλεὺ m.

Quintus mensis Arei triginta diebus evolvitur, a Iulii vicesimo quarto ad Augusti secundum et vicesimum: ab Epiphi videlicet tricesimo ad Mesore nonum et vicesimum.

Sextus mensis Eilu unum et triginta dies obtinet; Augusti vicesimo tertio enascitur, completur Septembris vicesimo secundo: (summa trimestris huius centum et octoginta duorum est dierum) a Mesore tricesimo exorditur, eidemque concessis diebus quinque adiectitiis, sequentis Thoth vicesimo quinto desinit: adiectii vero dies interseruntur Augusti quarto supra vicesimum, ad eiusdem vicesimum octavum: principium siquidem mensis Thoth ab Augusti vicesimo nono nunc deducitur, post Mesore quinque dies additos, quod tricesimo eiusdem mensis die statui debuisset, vel certe tricesimo primo, cum (in anno intercalari) dies VI instant addendi.

Autumnus.

Mensis septimus Theeliph triginta diebus evolvitur, a Septembris vicesimo tertio ad secundum supra vicesimum Octobris, et a sexto supra vicesimum primi mensis Aegyptiorum Thoth usque ad Phaophi vicesimum quintum.

Mensis octavus Mersuan triginta diebus expletur, Octobris vicesimus tertius initium illi est, finis Novembris vicesimus primus: alias Phaophi vicesimus sextus confert eidem exordium, terminum Athyr vicesimus quintus.

Mensis nonus Chasleu unum et triginta dies numerat (trium horum mensium summa est ducentorum septuaginta trium dierum) principium a No–

σιαι ἑβδομήκοντα τρεῖς· ἀπὸ κβ' Νοεμβρίου ἕως κβ' Δεκεμβρίου·
ἀπὸ κς' τοῦ Ἀθὺρ ἕως κς' τοῦ Χοιάκ.

Χειμερινὴ τροπή.

Δέκατος μὴν Τηβὴθ ἡμέρας τριάκοντα· ἀπὸ κγ' Δεκεμβρίου
ἕως κα' Ἰανουαρίου· ἀπὸ κζ' τοῦ Χοιὰκ ἕως κς' τοῦ Τυβί. B

Ἑνδέκατος μὴν Σαββὰτ ἡμερῶν τριάκοντα· ἀπὸ κβ' τοῦ
Ἰανουαρίου ἕως κ' τοῦ Φεβρουαρίου· ἀπὸ κζ' τοῦ Τυβὶ ἕως τὰς
κς' τοῦ Μεχίρ.

Δωδέκατος μὴν Ἀδὰρ ἡμερῶν τριάκοντα δύο. ἀπὸ κα' Φε-
βρουαρίου ἕως κδ' Μαρτίου· ἀπὸ κζ' τοῦ Μεχὶρ ἕως κη' τοῦ
Φαμενώθ. μετὰ δὲ τῆς πενθημέρου.

Ταῦτα ὡς ἐν συνόψει ἐστοιχειώθη περὶ τῆς ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖ- V. 7
στον ἐν χρήσει τριττῆς διαφορᾶς τῶν μηνῶν. ἀρκτέον δὲ λοι- C
πὸν καὶ ἀπὸ τοῦ πρώτου ἔτους Ἀδὰμ καὶ καθεξῆς.

Γενέσεως κόσμου ἔτη. πρῶτον.

Ἐκ τῶν λεπτῶν Γενέσεως.

Τῷ ἑβδόμῳ ἔτει παρέβη καὶ τῷ ὀγδόῳ ἐξερρίφησαν τοῦ παραδείσου, ὥς φησι, μετὰ τεσσαράκοντα πέντε ἡμέρας τῆς παραβάσεως, ἐν τῇ ἐπιτολῇ τῶν Πλειάδων.

4. τυβὴθ A. 5 et 7. Τυβὶ m. τυβῆτ A. Τηβὴθ G. 7 et 10. φευρουαρίου A. 8 et 10. Μεχίρ] μεχεὶρ A. Μαχεὶρ G. 9. Addidi Δωδέκατος. Ἀδὰρ] α' δὰρ A. πρῶτος Ἀδὰρ G. ὕστατος Ἀδὰρ m. 12. τῆς τῶν G. τῶν delet m. 13. τριττῆς A. περιττῆς G. 16. παρέβη Ἀδὰμ m.

vembris vicesimo secundo ducit, et ad Decembris vicesimum secundum protrahitur: ab Athyr vicesimo secundo usque vicesimum sextum Choeac.

Hibernum solstitium, sive in adversum polum hiberna solis conversio.

Decimus mensis Thebeth dies triginta sibi vindicat, a Decembris vicesimo tertio ad Ianuarii vicesimum primum; a Choeac vicesimo septimo ad Tybi vicesimum sextum.

Mensis undecimus Sabbat triginta diebus decurritur, a Ianuarii vicesimo secundo ad Februarii vicesimum: ac simul a Tybi vicesimo septimo ad Machir vicesimum sextum.

Ultimus Adar duos supra triginta numerat: Februarii vicesimus primus dat illi exordium, Martii vicesimus quartus terminum; hinc a Machir vicesimo septimo incipit, illinc octavo supra vicesimum Phamenoth obit.

His quoque accensentur quinque dies adiectitii.

Haec in summa, de ea, quae ut plurimum in numerandis mensibus occurrit, differentia, dicta sunto: de reliquo a primo Adami anno consequentes oculis ac mente decursuris nobis initium ducendum est.

Anni ortus mundi. Primus.

Ex minuta Genesi.

Septimo anno transgressus est Adamus, octavo vero praecepti violatione ad quadragesimum usque et quintum diem simulata, eiecti sunt (ut ait) e paradiso, Pleiadibus exorientibus.

Ἐποίησε δὲ ὁ Ἀδὰμ ἐν τῷ παραδείσῳ ἑβδομάδα ἡμερῶν τριακοσίων ἑξήκοντα πέντε. καὶ ἐξεβλήθη σὺν τῇ γυναικὶ Εὔᾳ διὰ τὴν
D παράβασιν τῇ δεκάτῃ τοῦ Μαΐου μηνός.

Τὰ θηρία καὶ τὰ τετράποδα καὶ τὰ ἑρπετά φησιν ὁ Ἰώσηππος καὶ ἡ λεπτὴ Γένεσις ὁμόφωνα εἶναι πρὸ τῆς παραβάσεως τοῖς πρωτοπλάστοις· διότι, φησίν, ὁ ὄφις ἀνθρωπίνῃ φωνῇ ἐλάλησε τῇ Εὔᾳ, ὅπερ ἀδύνατον εἶναι δοκεῖ. πᾶσα γὰρ λογικὴ φύσις κατ' εἰκόνα θεοῦ ἐστι, ταῦτα δὲ οὐκ εἰσὶ κατ' εἰκόνα θεοῦ. τὸν ὄφιν ὁμολογοῦμεν λελαληκέναι τῇ Εὔᾳ, στόμα γενόμενον τῷ νοῒ τῷ ὄφει. ἐν ᾧ ἐνεργήσας ἀσυνήθει ὄντι τῷ ἀνθρώπῳ παρὰ τὰ λοιπὰ θηρία, δι' αὐτοῦ ἠπάτησε τοὺς προπάτορας, ὁ μετὰ τοῦτο καὶ ἐν ἀψύχοις εἰδώλοις λαλήσας τοῖς ὑπ' αὐτοῦ δελεασθεῖσι πολυτρόπως εἰδωλολάτραις. τὸ δὲ εἶναι τὸν ὄφιν τετράπουν τὸ πρὶν καὶ μετὰ τὴν πονηρὰν εἰσήγησιν ἑρπηστικὸν οὐκ ἀπιστοῦμεν.

Τῷ ὀγδόῳ ἔτει, φησίν, ἔγνω ὁ Ἀδὰμ Εὔαν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ.

Τῷ ἑβδομηκοστῷ ἔτει ἐγεννήθη αὐτοῖς πρωτοτόκος υἱὸς ὁ Κάϊν.

P. 9 Τῷ ἑβδομηκοστῷ ἑβδόμῳ ἔτει φασὶ γεγενῆσθαι τὸν δίκαιον Ἄβελ.

Τῷ ὀγδοηκοστῷ πέμπτῳ ἔτει ἐγεννήθη αὐτοῖς θυγάτηρ, καὶ ὠνόμασαν αὐτὴν Ἀσουάμ.

Τῷ ἐνενηκοστῷ ἑβδόμῳ ἔτει προσήνεγκε Κάϊν.

Τῷ ἐνενηκοστῷ ἐνάτῳ ἔτει Ἄβελ ἀνήνεγκε θυσίαν τῷ θεῷ εἰκοστὸν δεύτερον ἔτος ἄγων, κατὰ τὴν πανσέληνον τοῦ ἑβδόμου μηνὸς παρ' Ἑβραίοις, ἤγουν ἐν τῇ σκηνοπηγίᾳ.

4. Ἰώσηππος] Antiq. I, 2. 8. τὸν ὄφιν — ἀπιστοῦμεν add. A.

Trecentorum sexaginta quinque dierum septenarium egit Adamus in paradiso; tum vero Maii decimo cum uxore Eva violati praecepti reus eiectus est.

Ferae, quadrupedia, nec non reptilia, si fidem Iosepho parvaeque Genesi dederimus, una loquendi ratione cum primo creatis parentibus nondum dei praeceptum transgressis utebantur; atque ideo dicunt illi, sermone hominibus consueto Evam serpens allocutus est, quod quidem absurdum omnino censendum. Rationalis enim quaevis natura ad imaginem dei formata est, illa vero a dei imagine censentur aliena.

Octavo, ut refert, anno Adamus uxorem Evam cognovit.

Anno septuagesimo natus est eis Cain primogenitus.

Anno septuagesimo septimo iustum Abel in lucem venisse dicunt.

Anno octogesimo quinto nata est eis filia nomine Asuam.

Anno nonagesimo septimo sacrificavit Cain.

Anno nonagesimo nono in plenilunio septimi Hebraeorum mensis, hoc est in Scenopegia, Abel annum agens secundum et vicesimum, obtulit sacrificium deo.

Σημειωτέον ὅτι τὴν Κάϊν καρποφορίαν θυσίαν καλεῖ ἡ γραφὴ, τὰ δὲ τοῦ Ἄβελ δῶρα, δηλοῦσα τὸν τρόπον ἑκατέρου.

Τῷ αὐτῷ ἐνενηκοστῷ ἐνάτῳ ἔτει ἀνεῖλεν ὁ Κάϊν τὸν Ἄβελ, καὶ ἐπένθησαν αὐτὸν οἱ πρωτόπλαστοι ἑβδομαδικοὺς τέσσαρας, B ἤγουν ἔτη εἴκοσι ὀκτώ.

Τῷ ἑκατοστῷ εἰκοστῷ ἑβδόμῳ ἔτει ὁ Ἀδὰμ καὶ ἡ Εὔα ἀπέθεντο τὸ πένθος.

Τῷ ἑκατοστῷ τριακοστῷ πέμπτῳ ἔτει ἔλαβεν ὁ Κάϊν τὴν ἰδίαν ἀδελφὴν Ἀσαυνᾶν οὖσαν ἐτῶν ν'. αὐτὸς δὲ ἦν ἐτῶν ἑξήκοντα πέντε.

Τῆς θείας γραφῆς περὶ τοῦ γένους Κάϊν.

Καὶ ἔγνω Κάϊν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ καὶ συλλαβοῦσα ἔτεκε τὸν Ἐνώχ. καὶ ἦν οἰκοδομῶν πόλιν καὶ ἐπωνόμασε τὴν πόλιν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἐνώχ. ἐγεννήθη δὲ τῷ Ἐνὼχ Γαϊδάδ· C καὶ Γαϊδὰδ ἐγέννησε τὸν Μαλελεήλ· καὶ Μαλελεὴλ ἐγέννησε τὸν Μαθουσάλα· καὶ Μαθουσάλα ἐγέννησε τὸν Λάμεχ. οὗτος ὁ Λάμεχ ἕκτος ὢν ἀπὸ Κάϊν, ὃς πρῶτος ἐν ἀνθρώποις φονεὺς, ἔλαβε δύο γυναῖκας καὶ δεύτερον φόνον ἐποίησε. Κάϊν οὖν πρῶτος φονεὺς Ἄβελ τοῦ δικαίου τύπον φέρει τοῦ διαβόλου, ὡς ἐφευρετὴς τοῦ κακοῦ καὶ ἀμεταμέλητος ἐν ἀρχῇ τῆς κοσμογονίας φανεὶς, Λάμεχ δὲ τύπον φέρει τοῦ Ἰουδαϊκοῦ κυριοκτόνου λαοῦ κα-

1. θυσίαν add. A. ἡ γραφὴ] Genes. IV, 2. 4. 4. ἑβδομαδικοὺς τέσσαρας ἐνιαυτοὺς m. 6. ἡ add. A. 9. ἀσαυνᾶν A. Ἀσαυρᾶν G. Ἀσουὰμ m. 12. καὶ ἦν — αὐτοῦ ἐνὼχ addidi ex A. Vide Genes. IV, 17. 14. γαιδᾶδ καὶ γαϊδᾶμ A. 16. ὁ λάμεχ A. Λάμεχ om. G. ὃς addidi. πρώτον ἐν ἀνθρώποις φονέως m. 18. ὡς A. ὃς G.

Observa, scripturam, ut utriusque rationem designet, Cain sacrificium vocare *fructuum* oblationem, Abel autem dona.

Anno eodem supra nonagesimum nono Cain occidit Abel, quem primi parentes annorum hedomadibus quatuor, id est viginti octo, luxerunt.

Anno centesimo vicesimo septimo Adamus et Eva luctum deposuerunt.

Anno centesimo tricesimo quinto, cum esset Cain annorum sexaginta quinque, propriam sororem Asuam annis quinquaginta natam duxit in uxorem.

Ex sacra scriptura, de Cain genere.

Cain autem cognovit uxorem suam, quae concepto foetu peperit Enoch. Enoch autem natus est Gaidad, et Gaidad genuit Maleleel, et Maleleel genuit Mathusala, et Mathusala genuit Lamech. Hic sextus a Cain parricidarum omnium primo duas sibi iunxit uxores, et secundam caedem perpetravit. Cain igitur Abel iusti parricida diaboli malorum omnium inventoris, ac iam a mundi exordio in peccatis obdurati figuram refert; populi vero Iudaici medio

τὰ τὸν ἕκτον αἰῶνα μεσοῦντα σταυρώσαντος τὸν σωτῆρα, οὗ καὶ πολλαπλασίως ἡ ἁμαρτία καὶ ἡ ἐκδίκησις. ἀλλὰ καὶ ὁ κύριος ἑβδομηκοστὸς ἕβδομος ἀπὸ Ἀδὰμ γενεαλογεῖται.

D Τῷ ἑκατοστῷ ἐνενηκοστῷ ἕκτῳ ἔτει ἐγεννήθη τῷ Κάϊν ὁ Ἐνώχ. οὗτος πρῶτος ἄροτρον εὗρεν.

Τῷ ἑκατοστῷ ἐνενηκοστῷ ἑβδόμῳ ἔτει Κάϊν ἔκτισε πόλιν ἐπὶ V. 8 τῷ ὀνόματι τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἐνώχ· Ἄβελ δὲ δικαιοσύνης ἐφρόντιζεν. ὁ Κάϊν μετὰ τὴν καταδίκην ἅρπαξ καὶ πλεονέκτης μᾶλλον ἐγένετο μέτρια καὶ στάθμια καὶ ὅρους γῆς πρῶτος ἐπινοήσας. τοὺς δὲ οἰκείους εἰς ἓν συναγαγὼν ἐν πολέμοις ἀσχολεῖσθαι ἐδίδασκεν. οὗτος χθαμαλὸς ἦν ἀπὸ τῆς κατάρας τοῦ θεοῦ καὶ πάντες οἱ ἐξ αὐτοῦ γεννώμενοι. ᾤκει δὲ τὴν γῆν ἥτις ἐστὶ τρέμουσα, χαμηλὴ P. 10 οὖσα, κεχωρισμένος ὑπάρχων ἐκ τοῦ Σήθ, κατὰ πρόσταξιν τοῦ Ἀδάμ. οἱ ἐκ τοῦ Σὴθ υἱοὶ θεοῦ λεγόμενοι καὶ ἐγρήγοροι τὴν ὑψηλοτέραν γῆν τῆς Ἐδὲμ πλησίον τοῦ παραδείσου κατῴκουν.

Τῷ σλʹ ἔτει Ἀδάμ, ἐν ᾧ ὁ Σὴθ ἐγεννήθη, ρξʹ ἔτος ὑπῆρχε τοῦ Κάϊν.

Τῷ δὲ σλδʹ ἔτει ἐγέννησε θυγατέρα, ἣν ὠνόμασεν Ἀζουράν.

Τῷ σμγʹ ἔτει τοῦ Ἀδὰμ ἀπεγαλακτίσθη ὁ Σήθ.

Τῷ σοʹ ἔτει τοῦ Ἀδὰμ ὁ Σὴθ ἁρπαγεὶς ὑπὸ ἀγγέλων ἐμυήθη τὰ περὶ τῆς παραβάσεως μέλλοντα ἔσεσθαι τῶν ἐγρηγόρων,

1. οὗ καὶ A. οὗ G. 3. ἀπὸ A. ἀπὸ τοῦ G. 4. ἕκτῳ addidi ex A. 12. γεννώμενοι A. γενόμενοι G. 13. Σὴθ] σῆθ A constanter. κατὰ A. κατὰ τὴν G. 14. υἱοὶ A. γεννώμενοι υἱοὶ G. 21. μέλλοντα A. μελλόντων G.

sexto saeculo deicidae, ac salvatorem cruce damnantis, cuius, ut crimen ita vindicta multiplex, Lamech speciem exhibet. Sed et ipse dominus septuagesimus septimus ab Adamo generationis serie deducitur.

Anno centesimo nonagesimo Cain filius Enoch natus est. Hic primus aratrum adinvenit.

Anno centesimo nonagesimo septimo Cain condidit urbem de filii sui Enoch nomine; Abel vero iustitiae intentus erat studio. Cain crimine mulctatus magis ac magis rapinae et avaritiae vitio implicabatur: mensuris, ponderibus, et agrorum disterminationibus excogitatis, sanguine et familiaritate sibi coniunctis bellorum exercitamentis vacare suadebat. Hic, velut cuncti ex eo nati, terrenis deditus dei maledicto subiacuit. Terram autem, quae, ceu depressa, tremula quoque fuit, a Seth, ex Adami mandato, divisus inhabitavit. Seth stirpe procreati, filii dei dicti, et egregori, superiores terras ad paradisi latus occupaverunt.

Anno ducentesimo tricesimo Adami, quo Seth natus est, centesimum et sexagesimum Cain attigerat.

Anno vero ducentesimo tricesimo quarto filiam Azuram nomine progenuit.

Adami ducentesimo quadragesimo tertio Seth ablactatus est.

Adami ducentesimo septuagesimo Seth ab angelis raptus futurorum egregororum crimen, aquas quoque diluvio inundaturas, salvatorisque

καὶ τὰ περὶ κατακλυσμοῦ τοῦ ὕδατος ἐσομένου καὶ τὰ περὶ τῆς παρουσίας τοῦ σωτῆρος. καὶ γενόμενος ἄφαντος ἡμέρας μ' ἐλθὼν B ἐξηγήσατο τοῖς πρωτοπλάστοις ὅσα ἐμυήθη δι' ἀγγέλων. ἦν δὲ τότε ἐτῶν μ'. ὁ Σὴθ εὐσεβὴς ἦν καὶ εὐδιάπλαστος σφόδρα καὶ οἱ ἐξ αὐτοῦ πάντες εὐσεβεῖς καὶ ὡραῖοι ἦσαν. οὗτοι κατὰ πρόσταγμα τοῦ Ἀδὰμ τὴν ὑψηλοτέραν γῆν ᾤκουν τῆς Ἐδέμ, κατέναντι τοῦ παραδείσου, ἀγγελικῶς βιοῦντες, ἕως τοῦ χιλιοστοῦ κοσμικοῦ ἔτους. τούτων τὴν ἐνάρετον πολιτείαν μὴ φέρων ὁ ἀρχέκακος βλέπειν, εἰς τὴν ὡραιότητα τῶν τότε θυγατέρων τῶν ἀνθρώπων αὐτοὺς ἔτρωσε, περὶ ὧν φησι καὶ ὁ θεῖος Μωϋσῆς ὅτι ἰδόντες οἱ υἱοὶ τοῦ θεοῦ τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων ὅτι καλαί εἰσιν, ἔλαβον ἑαυτοῖς γυναῖκας ἐξ αὐτῶν. C

Τῷ υκέ' ἔτει ὁ Σὴθ ἔλαβε γυναῖκα Ἀζουρὰν τὴν ἰδίαν ἀδελφήν. ἦν δὲ Σὴθ ἐτῶν ἑκατὸν ἐνενήκοντα ἑνός.

Τῷ υλέ' ἔτει ἐγεννήθη τῷ Σὴθ ὁ Ἐνώς. οὗτος γενόμενος ἐτῶν ἑκατὸν ἐνενήκοντα ἐγέννησε τὸν Καϊνᾶν τῷ χκέ' ἔτει.

Ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως γεννήσεως Ἐνὼς ἔτη τετρακόσια τριάκοντα πέντε, δηλούσης τῆς γραφῆς· Ἐνὼς ἤλπισεν ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομα κυρίου τοῦ θεοῦ πρῶτος, τοῦτ' ἔστι προσαγορεύεσθαι ὀνόματι θεοῦ. ἑρμηνεύεται γὰρ ὁ Ἐνὼς ὡσανεὶ ἄνθρωπος κατὰ

1. κατακλυσμοῦ A. τοῦ κατακλυσμοῦ G. 10. Μωϋσῆς] Vulgo Μωσῆς. Est Genes. VI, 2. 13. υκέ A. υκ' G. 14. σῆθ A. ὁ Σὴθ G. 15. υλέ A. υλ' G. 18. τῆς γραφῆς] Genes. IV, 26.

adventum arcane et secreto didicit: diebusque quadraginta oculis hominum raptus, quae secreto edoctus fuerat ab angelis, primis parentibus reversus exposuit. Annis porro quadraginta ipse provectus habebatur. Pietate in deum ac summa corporis venustate excellebat, et ex eo cuncti progeniti, pii quoque, ac corpore elegantes visi sunt. Isti ex Adami mandato terram superiorem Edem, e regione Paradisi, angelicam ducentes vitam, ad millesimum usque mundi annum habitavere; quorum studiosum adeo vivendi genus non ferens malorum adinventor, ad filiarum hominum pulchritudinem exoptandam impulit et deiecit: de quibus divinus Moses ait: „videntes filii dei filias hominum, quod essent pulchrae, coniuges ex illis sibi delegerunt."

Anno quadringentesimo vicesimo Azuram propriam sororem Seth duxit uxorem: erat autem ille annorum unius et nonaginta supra centesimum.

Anno quadringentesimo tricesimo Enos filius Seth natus est. Hic cum esset annorum centum et nonaginta genuit Cainan anno sexcentesimo vicesimo quinto.

Ab Adamo usque ad Enos ortum quadringenti triginta quinque anni fluxerunt, dicente scriptura: „Enos domini dei nomen primus invocare speravit": hoc est, „dei nomine coepit appellari. Exponitur enim

D τὸν Ἑβραϊκὸν νοῦν. οὕτω δὲ καὶ ὁ σωτὴρ υἱὸς τοῦ ὄντος ἀνθρώπου, κατὰ τὸν φυσικὸν λόγον Ἀφρικανοῦ.

Πρώτη περίοδος τῶν φλβ' ἐτῶν τούτῳ τῷ ἔτει ἐπληρώθη. ἦν δὲ τοῦ μὲν Σὴθ τριακοσιοστὸς δεύτερος, τοῦ δὲ Ἐνὼς ἐνενηκοστὸς ὄγδοος.

Τῷ χ' ἔτει μετανοήσας ὁ Ἀδὰμ ἔγνω δι' ἀποκαλύψεως τὰ περὶ τῶν ἐγρηγόρων καὶ τοῦ κατακλυσμοῦ καὶ τὰ περὶ μετανοίας καὶ τῆς θείας σαρκώσεως καὶ τῶν περὶ καθ' ἑκάστην ὥραν ἡμερινὴν καὶ νυκτερινὴν ἀναπεμπομένων εὐχῶν τῷ θεῷ ἐξ ὅλων τῶν κτισμάτων διὰ Οὐριὴλ τοῦ ἐπὶ τῆς μετανοίας ἀρχαγγέλου οὕτως * * *

P. 11 Τῷ ἑξακοσιοστῷ εἰκοστῷ πέμπτῳ ἔτει Καϊνᾶν ἐγεννήθη τῷ Ἐνώς. οὗτος γενόμενος ἐτῶν ἑκατὸν ἑβδομήκοντα ἐγέννησε τὸν Μαλελεήλ.

Τῷ ψϟ' ἔτει ἀπὸ Ἀδὰμ Καϊνᾶν ἔλαβεν εἰς γυναῖκα τὴν Μαλέθ.

V. 9 Τῷ ψϟε' ἐγέννησε Καϊνᾶν τὸν Μαλελεὴλ ὢν ἐτῶν ἑκατὸν ἑβδομήκοντα. Μαλελεὴλ γενόμενος ἐτῶν ἑκατὸν ἑξήκοντα πέντε ἐγέννησε τὸν Ἰάρεδ, τῷ ἐννακοσιοστῷ ἑξηκοστῷ ἔτει τοῦ κόσμου.

Τῷ ϡλ' ἔτει Ἀδὰμ ἐκοιμήθη, καταλείψας ἄρρενας υἱοὺς

1. δὲ καὶ ὁ A. δὲ ὁ G. 11. Post οὕτως indicavi lacunam. Leguntur quidem in margine A creaturarum preces ad singulas horas pertinentes, sed ita sunt habitae ut describi plane non potuerint. 13. ἐνῶς A. 15. ψϟ'] ψϟε' A. 17. ἐγέννησε A. ἐγέννησεν ὁ G.

Enos secundum Hebraicae literae mentem, quasi homo, ita et salvator veri hominis filius est iuxta naturalem rationem, ait Africanus.

Annorum quingentorum et triginta duorum circulus primus hoc anno completur: erat autem aetatis Seth secundus supra trecentesimum, Enos vero nonagesimus octavus.

Anno sexcentesimo Adamus peccati sui poenitens futura circa egregoros, diluvium, poenitentiam, divinam incarnationem, ac preces ab omnibus creaturis archangeli Uriel poenitentibus praepositi ministerio, per singulas diei noctisque horas deo praesentatas ex revelatione sibi facta percepit.

Anno sexcentesimo vicesimo quinto Enos natus est Cainan. Hic centum et septuaginta annorum aetatis genuit Maleleel.

Anno ab Adamo creato septingentesimo nonagesimo Cainan accepit uxorem Maleth.

Anno septingentesimo nonagesimo quinto Cainan centum et septuaginta annos natus genuit Maleleel. Maleleel porro anno vitae suae centesimo sexagesimo quinto, mundi vero nongentesimo sexagesimo, genuit Iared.

Anno nongentesimo tricesimo Adamus, relictis filiis triginta tribus, filia-

τριάκοντα τρεῖς καὶ θυγατέρας εἴκοσιν ἑπτά. οὗτος ἡγεμόνευσε τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων τὰ ὅλα τῆς ζωῆς αὐτοῦ ἔτη.

Τῷ αὐτῷ ϡλ' ἔτει καὶ Κάϊν ἀπέθανεν, ἐμπεσόντος ἐπ' αὐ- B τὸν τοῦ οἴκου. λίθοις γὰρ καὶ αὐτὸς τὸν Ἄβελ ἀνεῖλε. πληρωθέντος οὖν ἐνιαυτοῦ μετὰ θάνατον τοῦ Ἀδὰμ τέθνηκεν.

Σὴθ ἡγεμόνευσε μετὰ τὸν Ἀδὰμ τῶν τηνικαῦτα ἀνθρώπων. οἱ δὲ ἐκ γένους αὐτοῦ διακόσιοι ἐγρήγοροι τῷ χιλιοστῷ τῆς κοσμογονίας ἔτει, τεσσαρακοστοῦ ὄντος τοῦ Ἰάρεδ, αὐτοῦ δὲ τοῦ Σὴθ ἑπτακοσιοστοῦ ἑβδομηκοστοῦ, πλανηθέντες κατέβησαν, καὶ ἔλαβον ἑαυτοῖς γυναῖκας ἐκ τῶν θυγατέρων τῶν ἀνθρώπων, καὶ ἐγέννησαν τοὺς γίγαντας τοὺς ὀνομαστούς, ὥς φησιν ἡ γραφή. ἐπειδὴ δέ τινες ἀντιλέγουσι περὶ τούτων, συνεῖδον ἐφεξῆς ὀλίγα τινὰ καὶ περὶ αὐτῶν παραθέσθαι, ἔκ τε τοῦ πρώτου βι- C βλίου τοῦ Ἐνὼχ καὶ αὐτοῦ Μωϋσέως καὶ Πέτρου τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων.

Τῷ ϡξ' ἔτει ἐγέννησε Μαλελεὴλ τὸν Ἰάρεδ.

Ἰάρεδ γενόμενος ἐτῶν ἑκατὸν ἑξήκοντα δύο ἐγέννησε τὸν Ἐνὼχ τῷ χιλιοστῷ ἑκατοστῷ εἰκοστῷ δευτέρῳ ἔτει τοῦ κόσμου.

[Ἔτος Ἰάρεδ τῷ χιλιοστῷ τοῦ κόσμου.]

1. εἴκοσιν ἑπτά A. εἴκοσι τρεῖς G. 7. χιλιοστῷ] 1058 p. 16 d. 1177 p. 19 d. 1170 p. 12 c. rursus 1000 p. 41 a. 8. τοῦ ἰάρεδ A. τῷ Ἰάρεδ G. 10. ἑαυτοῖς m. ἑαυτοὺς G. Vide p. 12 c. 19. „Ἔτος — κόσμου redundant vel alia desunt." m.

bus viginti tribus, obdormivit. Hic cunctis vitae suae annis humani generis imperium gessit.

Eodem anno nongentesimo tricesimo Cain, ruina domus in eum lapsa, interiit; lapidibus enim fratrem Abel confecerat. Anno itaque post Adami mortem evoluto, mortuus est.

